re primam gratiam et remissionem pecci. Sed facile redditur disparitas nam
quicumque assignet facile revincitur.
Ex his soluta manent praecipua oppositae sententiae fundamenta
quae desumuntur ex eo quod Eucharistia sit sacramentum vivorum ac
proinde supponat primam gratiam. Et potius quia non debet attribui sacramento ali-
quis effectus qui non colligatur ex definitione Ecclesiae aut ex Sanctis Patribus aliove
sine fundamento admittere dicendo vitio quod talis effectus; sed quam
ingens Auctoritatis fundamentum contra nostram sententiam sit constat ex Sanctis Patribus
supra adductis, et ex nostris melioribus Theologis quae nostrae sententiae
suffragium tulit. Quod vero sacramentum Eucharistiae sit sacramentum vivorum
non officit nostrae sententiae licet non obstet quod Baptismus sit sacramentum

mortuorum, ut aliquando non primam gratiam, sed augmentum gratiae tribuat, ut constat ex efficacia adducta nunc ante.

Sed obijcies: adtrue Eucharistia ex sua institutione habet sese esse cibum et potum animae; sed cibus et potus animae numquam potest conferre primam vitam gratiae; ergo Eucharistia numquam potest conferre primam gratiam. Respondetur: gratia cibus et potus ex suo regimine habent non operari, neque causare suum effectum, nisi sumantur a viventi, seu habenti vitam anterius ad sumptionem cibi et potus. Confer ex catechismo Pii V = Conitaen. (inquit) quod ad mea mortuis corporibus naturale alimentum nihil prodest, ita etiam animae, quae spiritu non vivit, sacra mysteria non prodesse = [illegible]. Adeo, Eucharistia ex prima institutione esse tantum cibum et potum, quod solum intendit Catechismus, ne aliquis audeat ad illam scienter accedere in peccato lethali; sed indirecte et ex fine divino habet Eucharistia esse vitam spiritualem. Nec obstat similitudo cibi corporalis, quae omnimoda non est = nam ut cibus corporalis nutriat debet immutari, et ab ipso vivente converti in propriam substantiam, et ideo debet in illo supponere primam vitam. Hic autem cibus Eucharistiae vitalis est, et non transmutatur neque convertitur ab hoc sumente, sed potius hunc in se convertit; ideoque in illo non semper requirit vitam. Unde constat ad argumentum.

Quaestio 2ª

Utrum uberior gratia conferatur sumenti Eucharistiam sub utraque specie, quam sumenti sub una tantum.

Suppono primo: Sumptionem huius sacramenti sub utraque specie non esse necessariam laicis, sed solis sacerdotibus celebrantibus. Est de fide contra haereticos, ut a P. Suarez, Vasq., et Valent., et praesertim a Bellarmino lib. 4 de Eucharistia cap. 20. contra haereticos, quia Concilium Trid. sess. 21. cap. 1 decernit nullo divino praecepto Laicos, et clericos non conficientes obligari ad Eucharistiae sacramentum sub utraque specie sumendum. Cum ergo nil

in hoc

hoc quando Ecclesia decreverit, illa vetitum prohibuit laicis, et clericis non celebrantibus communionem sub utraque specie propter periculum irreverentiae, quod frequenter eveniret, si sanguis exponeretur effusioni; quapropter aliquando Ecclesia cum aliquibus dispensavit ut communione sub utraque specie potirentur. Id decessum fuit Regi Francorum à Clemente VI. ut refert Diaconus in litteris ecclesiasticis celebrantis alij prae meminere. Nam quando Papa celebrat sumunt ex calice consecrato Diaconus, et Subdiaconus, ut refert Lugo d. 12 sect. 3. Cum non servetur arbitrio illius relicta sit, penes ipsam est auctoritas prohibendi sumptionem sub utraque specie propter periculum irreverentiae, et dispensatio etiam hominibus praestanti quando tale periculum non datur.

Suppono 2°. gratiam conferri à Deo vel ex opere operato vel ex opere operantis, ut loquuntur theologi. Gratia confertur ex opere operato quando solo confertur ratione sacramenti independenter à maiori vel minori dispositione subjecti. Ex opere operantis tribuitur gratia, quando confertur ratione maioris aut minoris dispositionis subjecti. Quapropter ex duobus hominibus recipientibus idem sacramentum quorum unus accipere gratiam ut 2 et alius solum ut 1. nam licet uterque recipiat ex opere operato sacramentum gratiam ut 1. ille qui ferventiori affectu et devotione accedit, recipiet ex opere operantis unum gradum gratiae.

Suppono 3°. per accidens et ex opere operantis posse conferri maiorem gratiam per communionem sub utraque specie, quam per communionem sub unica. Patet ex dictis quia communicans sub utraque specie potest habere maiorem dispositionem et praeparationem quam communicans sub unica specie

s.d qui hēt maīs dispōm et pparatm accipit ex opere operantis maīs grām = ergo etc. Et in hoc sensu dr in Bulla illa Clementis supra memoratā quod Regi Bohemiae concessa sub utraque specie ad maius augmentū grāē quia vlt sumptio utriusque speciei maīs dispōm et ferventiorem devotm cāre solet; et ppter maiorem hanc dispōm confertr ex opere operantis maīr grā. Et sic dignitas an ex opere operato, et cæteris paribus conferatr maīr grā sumenti Euchariā sub utraque sp. an sub unica spe.

Affirmativam partem tuentr Suarez d. 205 cap. 2. ubi se adducit Alexandrum, Cassaleum, Corboneum, et cæteros Suarez, quibus opposita sua referri solet. Camus opinionem defendit Henao disp. 13 sect. 2. et apud ipsum Gaspar Hurtad. Prepost. Merat. hugo Cabro Pallao, et Bernal. favet etiam Diana p. 5. tt. 13. resol. 23 alijque ap. eand. quos ipse sequitr tt. 7. d. 11. p. 15.

Negativam sua contra defendunt Thomistæ ex D. Thom. q. 80. a. 12 et ex D. Suar. in pienti d. 63. sect. 6. et apud ipsum Bonav. Richard. Gabriel Caietan. Soto, Alanus, Camjbez, Bellarmin. Petrus de Soto, et alij subscribunt Vittoria in Summa Verb. Euchara. nº. 19 Reginald. et Epidius noster alijque quam plures gloriosi

Vera cl. sit Perselogū et cæteris paribus eadem grā et fructus spualis collegr ex una spe Eucharū atque ex dupli. Pr. 1º. quia totus et integer xtus continetr sub qualibet spe, ergo integer effectus dr ab unica spe et a dupli perselogiendo. Consider. fide. Confirmr quia tota excellentia et efficacia huius sacramenti venit a continentia xti Dni: sed ximus continetr sub qualibet spe in sub utraque: ergo eadem efficacitas seu virtus ad gratiam datr

in

in quali spe, et in utraque accipi ex ipsa per se qd. Ofr
na ideo dixi doces fideles comicantes sub vnica spe nulla gra ad
salutem necia privari quia X.tus ibi intentus e fons gratiae, et X.tus
n minus e fons gre ad salutem narie, qm omn aliam graiy, quae ad sa-
lutem narie n sunt ego nulla ex his gratia n narii privantes
fideles comicantes sub vnica spe. Ofr 2º quia laici recipiunt
integrum sacramentum quoad essentiam, ut dx D. Romer. dixi in nº 68
q laici q celebrante eundem fructum recipiunt ex euchora. Pat
coa q integrum sacramentum quoad essentiam e tota virtus sacramenti
causativa gre; stante a tota virt. e causativa dea caii q celo-
do totus et integer esse
(A) 2º Peatyec. Na qo plures nº potiri consecratae sub su-
muntur, per celebrando n offertur mas gra q m si sumeretur
vnica hostia = q quando sumitur utraque spes per celebrando
do eade gra offertur, ac si vnica spes sumeretur. Ans e certum
Cf coa Qdr na ideo in 1º casu offertur eade gra, quia e vnica
sumptio moralis que attendi det ad exhibitionem gre ex opere
operato, ut notatur hec nº 68 et etiam in 2º casu sumptio
e vnica moralis cu n moralis vnum sacramentum constituunt ex utra-
que spe, et ex sumptione utriusque per mius divini perfecti. Ct
integri = q Cpt. a sicut sub vnica hostia continetur totus X.tus
n minus q m sub duabus, ita sub vnica spe, n minus continetur X.tus
q m sub utraque = ps idem dici in 1º et 2º casu quoad essentiam, et fructum
sacramenti ex opere operato
s.t 2ºa. Cm dety esse luchare post immatam sumptionem
vnius spei, hoc differat post sumptionem utriusque? Deo ex
suaz tribui post sumptionem ipsae spei immate. Reo e qo tatim

ac sumitur 1a spes appleta e visto sufficiens ad 3m integrum
effectum = q spes que postea sumitur supplet effectum iam integrum
effectum. Dar ans quia per unicam spem datur integrum sacramentum
quoad essentiam, et virtutem productivam, postea virtute 2da et appla-
tas sufficit n e cur effectus suspendatur. q dictum e etiam de illo, qui im-
plet voluntas sub accipiat - 3 quia si ho post sumptum 1m spem mo-
riatur n det privari effectu sacramenti. q ante sumptionem alterius speciei
conferatur gra sacramentalis. Quare ap spes vini het rones sacramenti.
quia vere e causativa gre illa que caret si seorsim sume-
retur, et refectionis moralis dicta

R. dices ex P. Vasquez. s. Hoc sacramentum e institutum per modum con-
vivij spualis sed in convivio corporali cibus et potus prestant di-
versos effectus refectionis q in convivio spuali cibus et potus prestant diver-
sos effectus seu refectionem spualem quae fit per diversos pp effectus. P.
coa nam quelibet s sacramenti facit id quod signat - Sed utraque spes
simul signat q quelibet seorsim nam utraque signat perfectum convivium
quod n signatur per unicam spem. q utraque spes plus facit q quelibet
liber seorsim = Neo secundis omnis neg. 2do coa. Disp. e quia
cibus malis n continet totum perfectum et essentiam potus malis, neque
e contra. Cibus vero Eucharisticus continet totam essentiam potus quia continet
sanguinem Xti. sicut etiam potus continet corpus. Ad 3m illius coa
dic, q licet spes signare perfectum convivium = nam quelibet spes continet
cibum, et potum seorsim que n cibantur, et inebriantur = quia sub qualibet
spe e ita corpus et sanguis Xti. Dni. q expressius signetur convivium
per utramque spem n debet dari effectum diversum ab utraque - quia sa-
cramenta n cant ppter expressiorem signationem s ppter signationem simpliciter
Ita effectus Baptismi expressius signatur per trinam immersionem q per unicam
ut docet Cyprianus et expressius per ... q per unam, ut docuit
Id.

D. Thom. adducit à Suar. et tn̄ n̄ dari peculiare effectum per unam, q̄m per Bapt. immerit. neque mir. gra per frig. per maim Sacramenti:

Quest. 8ª

Quam effectus perre quemiant ab Eucharā; et qui ab illa caurent.

Certy ē inter Catholicos, q. sanctificans ē effectus Euchar. Ita definitur in Flor. in Decreto Eugenij et in Trid. s. 13 cap. 2. et passim docetur ab SS. PP. Et quia si cetera oīa Sacram. conferunt grā iustificans digne suscipientibus, potiori iure ea grā conferetur ab Eucharā in qua rē e fons, et origo totius grē. Hec grā tribuitur ab Eucharā per se loquendo ē augmentum grē, quia suponitur scilicet grā in suscipiente; per accens tn̄ aliquando pōt ēē ipsa grā effectus Euchar. ut constat ex dictis ān. 8.26

Specialis ē effectus Euchar. appellatur à Theis. et SS. PP. refectio spualis ... spualis refectio in quibusdam auxiliis specialibus quibus Deus succurrit intellm. ad illustrēs et cum volte ad inspir.es, per quas afficitur voltes ad amorem summi boni et ad exercitium virt. specialis quadam animi dulced.e et dar.e illis inspir.es et illustraoes virt. spuales reficiunt, augentque mys virtutes ... adquis impellunt, et allicunt

Est etiam specialis effectus Euchar. preservao a mortalibus ut docet Trid.na. Hic ē preservao fit per remotiorem occasionum et tent. vehementium, quibus Deus providerat hoc casum vel etiam per potiorum exhibitionem auxi.um quorum faulir vincamus occasiones peccandi in quas freq. incurrunt qui ad Euchar. accedere negligunt. ... Eucharm remissio peccorum venialium, in quibus ... actuali n̄ complacet inadvertent Theicos D. Thom. hic q. 73

ar. 9. ccc Maj. ind d. 12. Huius effectus meminit Tridentinum illis verbis = Sacramentum Eucharistiae sumitur tanquam antidotum quo Liberamur a culpis quotidianis. Id quod expressius adhuc habetur in Concilio Coloniensi fol. 58. ubi de Eucharistia ita loquitur = minora peccata oratione diluit.

Alij sunt effectus Eucharistiae, qui corporales dicuntur quia aliquo modo ad corpus pertinent. Primus est unio carnis Christi Domini nostri, quae ob unionem per localem praesentiam Christi Domini affert [illegible] actualia quibus pie corporeae excitantur ad actus, per quos suo modo participant dulcedinem huius alimenti Eucharistici iuxta illud Psalm. 83. cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Haec unio simpliciter est moralis licet fundetur in physica efficacia et praesentia reali Christi Domini. 2us effectus est flos Caritatis qui in corpus redundat. Hic effectus causatur ab Eucharistia indirecte per intensionem huius charitatis quo facilius [illegible] gubernare affectus. Causatur etiam directe per qualitatem productam in ipso corpore, quibus ardor concupiscentiae temperetur, et minuatur. 3us effectus est gloria corporis quae speciali quodam titulo tribuenda est iis qui frequenter sumunt Eucharistiam tanquam pignus futurae gloriae iuxta illud Joan. 6. qui manducat meam carnem habet vitam aeternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. De his vide P. Suarez late et erudite disserentem ad hanc quaestionem 19. disp. 64.

2a difficultas est de tempore, quo Eucharistia causat suum effectum [illegible] effectus gratiae, primo sive de augmento gratiae et remissione peccati venialis. In quo puncto P. Vasquez singulariter asseruit d. 203 cap. 2 Eucharistiam dum exit in ore operari gratiam. Deserendo est [illegible] quia communicatio huius effectus facta fuit a Christo Domino ipsius digne manducantibus iuxta illud qui manducat me, vivet propter me — Manducatio autem iuxta eius usurpationem non censetur ille contactus cibi ad os aut palatum, sed traiectio cibi ad stomachum. Clarius etiam fuit

Caiet.

Caset in ar. 1. bruins g. adverens esse gr. produci ab Eucha-
ra quandiu sp. durat in stomacho. Impugnat: quia gra
huius sacram. promissa e posita sdit. manducar. q. statim ac
dato manducao debitr gra sacram. nam sacram. et ca naria
gra, ac qinde statim ac posita e sditio, ponitr esse: q. inde-
pendr ab illa durat. speciez in stomacho sferto gra: quia ante
ee, durat. dato perfa manducao: pt. quia ad gra sacram.
ex opere operato nihil refert quod sacram. sumatr in parva
aut in magna quant. e acqinde nihil refert ad hunc effu q
plus, minusve duret in stomacho: gra ergo sacram. dato in inst.
et indep. ab ea durat. speciez

Sed diffile assignatr hoc instans, in quo causetr gra
ab Eucharistia ex opere operato. R. sunt tres dicendi mod. anna-
merar. 1. e afferri gra, q. do spes sacrales attingunt terminu
illu, in quo guttur dividitr ab stomacho. 2. est q. do spes illu
incipiunt transsilire. 3. e q. do tota hostia deducta e ad stoma-
chu. Et tantu reducit sets. d. ad finem re hanc incerta ee, et ar-
bitrio X. Dni remittenda. Probabilius tn judico, gra produci ab
Eucharia in eo inst., in quo aliqua p. speciei sacralis pertingit
stomachu, ee traiecta e per gula, seu guttur quia tunc fata e
perfa manducatio sacram. et ca suff. ad gra.

Disp. 6.

De subiecto recipiente Eucharam

Multa intra disp. e cursim sspletemur, quae lon-
giori exam. digni sunt; id tn quia iam schol. curriculi meta
n patitr. Primu despiciepto 2o. est huius suscipiendi Eucharin dicemq
et quing, et quando illis obligentr. Deinde de dispor. spuali

et corporali requisita ad Euchar. suscept.m Sanda inveniam aut in modo Communionis cotidianae examinationis. De his ibi late differens Theol. cum S. Thoma hic q. 80, et 81 et cum Mag. in 4. d. 12.

Quaest. 1a

2. An et q. obliget ad recipiendam Eucharistiam

Duplex est praeceptum seu obligatio accipiendi Euchar. diuin. et humana. Praeceptum Divinum agnoscunt Theol. in illis verbis X. Dni: nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. in illis etiam hoc facite in meam commemorationem. Huius div. praecepti meminit Trid. s. 13. cap. 2. ubi ait: Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem sacramentum hoc instituit, et in illius suscept.e colere nos sui memoriam praecepit. quapropter hodie nullus catholicus negat praeceptum div.m suscipiendi Eucharistiam, ut notat P. Valent. d. 6. q. 8. p. 4. Licet apud antiquiores fuerit res ista adeo aperta: nam graves Theol. hoc praeceptum negarunt quos refert P. Amicus d. 29. sect. 1. imo et Sanctus Thom. hoc praeceptum negavit in 4. d. 9. q. unic. ar. 2. questiunc. 2. quam sna postea retractavit hic quaest. 80 ar. 11.

Mar. Theol. est de tempore quo instat obligatio huius praecepti div.i sed quia haec diffic. com. est ad dia praecepta positiva, illam eamque late discussimus in Tra de Praeceptis char.is an. 63 exponentes quando obliget praeceptum div.m de dilect.e Dei, illuc ob id nos remittimus. Solum hic addo consequentius impossibile esse a Deo hoc praeceptum quod est necess.m morale Eucharistia sine qua fere impossibile est homi adulto variis tentationibus illecebris tentatum, resistere firmus in gratia per longum tempus, ut notavimus n. 108 = quapropter qui ultra annum voluntarie omitteret suscept.m Eucharistiae absque dispens.m praeceptum peccaret. Id quod suadet ipsa Eucharistiae institutio facta per modum cibi, et propterea etiam nomine Viatici = accipiendi n. si req. in fine vitae sed etiam in toto vitae decursu seu itinere, quo ad Patriam pergimus = ad eum modum quo viaticum corporale non solum requiritur ad

ad exitum via, et ad totum etiam iter peragendum.

Ecclesiasticum praeceptum sumendi Eucharistiam expressum fuit a Concil. Later. relato Cap. omnis utriusque sexus his verbis: Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit, sed saltem in anno suscipiat suscipiens reverenter ad minus in Paschate Eucharistiae Sacramentum nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum, alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens Ecclesiastica careat sepultura. Id quod etiam decernit Tridentinum s. 13. can. 9. in hoc capite duo praecepta continentur aliud de confessione annuali quod explanat Theologi in tractatu de Poenitentia aliud de suscipienda Eucharistia, cuius expositio praesentis loci est.

Tempus, quo urget obligatio huius praecepti Ecclesiastici sciendum est non Paschalis non solum venire diem Resurrectionis Domini, sed quindecim dies scilicet a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive. Ita constat ex praxi Ecclesiae et ex declaratione Eugenii 4. ut inquit Navar. in summ. cap. 21. n. 45. Immo in aliquibus dioecesibus ex consuetudine vel ex privilegio recepta est ut huic praecepto communicandi satisfiat ab initio quadragesimae usque ad Dominicam in Albis, quod in hac Cordubensi Dioecesi per antiquam consuetudinem receptum esse dicitur.

Rogas 1. an hoc praeceptum sit affixum Paschali itaut qui illud tunc non impleverit non amplius teneatur communicare eo anno? Ita esse defendunt graves Theologi Silvester, Soto, Toletus, Valentia, et alii quos refert et sequitur Diana loco n. 11. q. resolut. 11. Contrariam tamen docuit Navarrus loco citato Suarez d. 70. sect. 2. Alorius Coninck Layman Sagundez Castrop. alii que sequitur eum Diana

Judico hoc tamen omnino esse verum perseverareque obligationem communicandi eo anno si in Paschate non fuit adimpletum praeceptum. Ratio quia in Cap. illo Omnis utriusque sexus duo praecepta continentur videlicet aliud communicandi intra annum quod pertinet ad determinandam frequentiam communicandi; alterum vero communicandi in Paschate propter maiorem temporis congruitatem et meliorem animorum dispositionem. Hoc vero praeceptum alligatur tempori quia respicit venerationem illius festivitatis, illud primum adhuc perseverat transacto Paschate, utrumque hoc praeceptum constat ex illo cap. et ex decreto Trid. supra citato.

Rogatur vero an qui in Paschate non communicavit teneatur communicare quamprimum possit? Resp. non teneri ad statim communicandum sed solum ad communicandum intra annum, qui annus ex probabiliori sententia computatur a principio Januarii usque ad finem Decembris. Ratio est quia ille tantum solum tenetur praecepto anni communis sive praecepto communicandi intra annum: nam aliud praeceptum communicandi in Paschate adimpleri non potest elapso Paschate, et illi praecepto communicandi intra annum satisfit per communionem factam quocumque anni mense et die, ergo qui in Paschate non communicavit non tenetur statim ad communionem, sed solum intra annum. Ita expresse Cardinal. de Lugo disp. 16. S. 4. et cum multis aliis Henao d. 14 sect. 4. n. 60.

Rogatur vero an qui non communicant tempore Paschatis incurrant ipso iure censuras ecclesiasticas?

Id quod constat ex ipso textu capitis supra relati ubi sic praescribitur poena quae debet imponi a praelatis transgressoribus praecepti quae propterea in multis dioecesibus poena excommunicationis iniungitur illis qui tempore Paschatis non communicaverint nisi in-

intra 8 dies coicent q. sit in pena pecci ptermisy communion a qua pena n valet absolvere Ecla, nisi pmissa satisfatt.e coicandi. Hac oia intellig.da sunt cu ea restrit.e quā addit in ipso Capite, Vt nisi de pprij Sacerdotis Scilio ob aliquā rōably cam ad tempus ab huiusmi percept.e duxerit abstinendu.

quā à Personis teneantr pcepto Communicandi contractiam ex eodē Capite, nempe teneri oēs fideles, idest, baptizatos postqm ad annos discret.s pervenerint. quapptr cathecumeni adulti, n licet accedere ad Eucharam, eo quod Bap.mus sit janua ad Sacram.ta Eclæ. Sunt etiam incapaces accedendi ad Eucharam perpetuo amentes, nō minus quā pueri, qui ndū ad annos discret.s pervenere. Quod si amentia sit ad tpus, vel in aliqua tm materia delirent, utique accedere possi, et debent. quæ dottra sumitr ex D. Thomæ 3. p. q. 80. ar. 9

Qdo tn incipiat in Pueris obligao suscipiendi Eucharā difficile est desiniri. Regula generalis ē, eam obligaem incipere, qdo possint deverenter Eucharā suscipere, et absque periculo alicuius indecentiæ. Ideo graves DD. ap. Dianā p. 3. tt. 6. resol. 13 docent, eā obligaem incipere à 10 ætatis anno: alij vero ap. Leandru p. 3. tt. 6. q. 5. eam obligaem ordinarie ponunt ad 12 vel 13 annu. Hoc à prudenti Confessarij judicio relinquendu ē, qui hic, et nunc Capacitm aut incapacitm pueri dignoscat.

Quæst. 2a

De Dispos.e requisitā ad Recipienda Eucharā.

De Dispo[sitio]ne spirituali et interna

Certum de fide est ad dignam Eucharistiae sumptionem praerequiri statum gratiae; est n[am] sacrilegium accedere ad Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis. Ita definitur in trid. ss. 13. cap. 7. ex D. Paulo 1. ad Cor. 11. quin. manducat et bibit indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Hinc patet mentem esse contra haereticos, ut patet Bellarmin. lib. 4 de Eucharistia a cap. 15. et Suarez d. 66. sect. 1. alii que citat. Ratio theologica desumitur ex S. Thomâ quia accedens ad Eucharistiam cum conscientia peccati lethalis irrogat gravem irreverentiam sacramento et impedit augmentum gratiae quod ex opere operato provenit ab Eucharistia; reddit que irritam efficaciam, et finem sacramenti.

Rogas 1.º Utrum in aliquo casu liceat alicui Eucharistiam sumere cum conscientia peccati mortalis? P. Vasq. d. 207. cap. 1. admittit casum in quo haec indigna susceptio fiat absque novo peccato, si vult intendere periculo notabilis irreverentiae inferendae sacramento in subita paganorum irruptione conscius peccati mortalis suscipiat Eucharistiam = est il[lud] casus quo sacerdoti vel laico post sumptionem Eucharistiae occurrat in memoriam peccatum mortale. Dicit tamen censeo omnino verum esse D. Vasq. contra Citatos. quia nullus casus est in quo Creatura non possit conari ad Dei amorem perfectum media gratia purificetur, ac proinde nullus casus est, in quo ad id non teneatur. Si autem propter inadvertentiam aut tepiditatem non meminerit huius obligationis perinde est ac si non meminisset peccati: excusatur ergo a novo peccato non quia eo casu non teneatur digne communicare; sed quia deficit advertentia necessaria;

et

et libertas ad novum peccatum.

Rogas 2°. An sit peccatum veniale communicare cum conscientia peccati venialis? Certum est, peccatum esse veniale ordinarie ipsum communicare ad finem venialiter malum. Certum quoque est non impediri effectum gratiae per peccatum veniale. Neque igitur esse novum peccatum veniale accedere ad Eucharistiam cum peccato veniali actuali, ut si quis recipiens sacramentum actu complaceat in aliquo levi malo, vel accedat voluntarie cum aliqua vana cogitatione aut distractione. Ratio est, quia ita accedere est speciali irreverentia sacramentum; irreverentia autem peccatum est, licet ob levitem potest esse veniale. Ita de sacramento levis tradita inter recitandum horas canonicas non eo habet malitiam detractionis sed etiam circumstantiam sacrae recitationis officii. Videtur autem in negale esse de reverentia sacramenti actu assistere et amplecti obiectum turpe, dum actu recipit sacramentum. Vide P. Suarez disputatione citata et Cardinal de Lugo d. 14. s. 2.

Suppositum certum est ante Eucharistiam sumptionem necessariam esse confessionem sacramentalem omnia peccata mortalia, et non sufficere actum contritionis. Ita constat ex Trid. s. 13. cap. 7. ubi hanc obligationem exponit non tamquam novam, sed tamquam ab initio Ecclesiae vigentem, deducitque ex illo: Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat etc. Hic autem probatio de sacramentali confessione intelligitur a Tridentino, cum tamquam tradita a Domino traditur nobis a D. Paulo illis verbis: Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis etc. Ratio congruentiae huius obligationis est, quia reverentia debita Eucharistiae petit ut ad illius susceptionem accedamus cum maiori certitudine iustificationis, et dispositionis, quam maior certitudo moralis habetur ex confessione sacramentali, quam si solum conemur ad contritionem.

Dantur tamen aliqui casus, in quibus licet accipere Eucharistiam non praemissa confessione sacramentali, sed cum sola contritione peccati mortalis

si videlt Jncurrat necess.a accipiendi Euchar., et n. detr copia confessarij. q. deducitr ex Trid. sin citato. Ita dingit moribundo cui desit diaconus potens illi Euchar. ministrare; desit tn sacerdos qui possit absolvere. Ita etiam dingit sacerdoti, qui communicando moribundo teneatr celebrare, nec heat, cui confiteatr. qui casus exprimitr à Suar. d. 66. sect. 4.

Et etiam casus necess.i q. nequit omitti sumptio Euchar. aut Missa celebrari absque gravi infamia, aut scandalo. vel sine periculo vitæ. Ideo sacerdos, præsertim Parochus in populo, ubi alius sacerdos n. sit, pot celebrare in die festo, n. præmissa confess.e n. solus ut populus audiat Missam, sed ne ipse infamiam incurrat, aut causet scandalum. Ideo etiam sacerdos iam celebraturus si in altari recordetr alicuius pecci mortalis n. tenetr confiteri, q. solum conferi, et ita comicare n. solum ut sacrificium n. interrumpatr sed supra ad vitandum scandalum et infamiam. Id quod evenit laico, qui in numero iam comicantium sit, ibique recordetr pecci quod confessus n. fuerit.

In his et similibus casibus licita est sumptio Euchar. n. præmissa confess.e quia licet præceptum de præmitt.da confess.e sit divinum noluit Deus cum vitæ et honoris dispendio, vel cum alio gravi incommodo nos obligare, ut poterat. Id à colleg. à theis, cons. dicit confessio sacralis pro medium aptissimum ad purificat.m n. tn est simplr. necaria quia pot homo per contrit.m perfectam se purificari, et ita disponi ad suscept.m Euchar. sic etiam præceptum de integrit.e mati confessionis è div.m nec tn obligat cum periculo vitæ aut infamiæ ut certum è.

Sed rogas, an qui n. præmissa confess.e comicavit teneatr confiteri q.m primum poterit. Fundatr hoc dubium in verbis illis Trid.ni

quod si urgente necessitate Sacerdos absque propria confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. Dico, hoc praecepto solum obligari Sacerdotem celebrantem sine propria confessione urgente necessitate, quia de solo Sacerdote celebrante in ijs Tridentinum loquitur Concilium. Ita gravior sententia, quam refert et sequitur Leand. d. 7 q. 98. quapropter Sacerdos non celebrans, sed communicans, aut laicus non tenentur hoc praecepto, sed etiam non tenetur Sacerdos qui non ex defectu confessarij, sed ex malitia celebrat non praevia confessione. Ita expresse Lugo in disp. 14. sect. 2. ubi hoc praeceptum late discutit.

Sect. 2ª

De Jejunio requisito ad recipiendam Eucharistiam.

Ad Eucharistiam sumptionem requiri jejunium naturale ex praecepto Ecclesiastico, quapropter revera huius sacramenti certum est intrinsece, ut late probat Suar. d. 68 et Lasquez d. 211. et alij communiter. Intra illa est jejunium naturale, Divinis Ecclesiasticum sed Ecclesiasticum consistit in abstinentia a carnibus, et aduplici comestione in tradie[?] naturali. Jejunium vero naturale est abstinentia a quocumque cibo, et potu, quapropter peccatum mortale est per se loquendo accedere ad Eucharistiam eum, qui post mediam noctem sumpsiret aliquid per modum cibi, aut potus quantumvis exiguum quantitatis sit. Quia in hac materia non datur parvitas, sed non decipitur propter se, sed propter significationem, ut videlicet denotetur Christus Dominus esse primum cibum nostrum, et in [illegible] tendum. Ita licet parva aqua quantitas a vino consecrando addendum[?] miscenda sit obligatio gravis est, quia non decipitur propter se, sed propter significationem mysterij.

N.º adverte 1.º ieiunium hoc naturale non violari si ex ablutione oris guttula aquae aut alterius liquoris qui gustationis causa ori admovetur deglutiatur per modum salivae: non itidem violatur si sanguis, aut alii humores ex capite defluentes deglutiantur, neque per traiectum ad stomachum alicuius particulae cibi quae ex coena praecedentis noctis haereret inter dentes: non itidem violatur hoc ieiunium si aliquid per modum respirationis traiiciatur ad stomachum ut si ore aperto culex, aut musca irrepserit, vel aliquid pulveris, aut pluviae guttula attrahatur. Demum ut graves Theologi docent cum Diana tom. 2. tr. 4. resolut. 38. ieiunium naturale non violatur, etiamsi in quantitate magna sumatur aliquid quod non est cibus ut papyrus, terra, aliquorum fructuum officula, fragmenta metallorum, et fila quia haec omnia cibus non sunt, nec alterari possunt a stomacho, et nutritione servire

Adverte 2.º aliquando licitam esse communionem non ita ieiunis 1.º in mortis periculo, sive ex infirmitate sive ex sententia iudicis tale periculum immineat: tunc non communicatur per modum Viatici, et post quam non ieiunus communicare si commode non posset spectare tempus matutinum ut ieiunus communicet. 2.º quando est necessarium ad perficiendum sacrificium ut si sacerdos post sumptionem calicis advertat se sumsisse aquam, aut post ablutionem advertat remanere in patena aliquam particulam, vel in fundo calicis particulam hostiae. Idque etiam verum est quando contingeret, sacerdotem post consecrationem in morbum incurrere: tunc non ad perficiendum sacrificium sacerdos non ieiunus potest communicare. 3.º quando est periculum imminens alicuius irreverentiae inferendae Sacramento.

Rogas 1.º An intra tempus eiusdem infirmitatis periculosae liceat communicare non ieiuno? Certum est posse, si infirmus evaserit peri-

periculum et postea aliud incurrit. Sed dicta sunt, si gerit hoc id periculum. Resp. affirmative cum gravis Theologis quos citat et sequitur Card. de Lugo d. 15. sect. 3. Ratio mihi est quia Ecclesia dispensat cum infirmis periculosis in ea lege ieiunii, quod non solum pro una vice excipiunt, sed pro toto eo tempore quo duret periculum: nam ubi lex non distinguit, nec nos debemus distinguere, praesertim in favorabilibus.

Rogas V. An liceat sacerdoti non ieiuno celebrare ut aegroto constituto in mortis periculo Viaticum ministret? Affirmant graves Theologi relati a Card. de Lugo. Ipse tamen negative, et cum Navar. Suar. Vasq. Tolet. aliisque, quibus et ego adhaereo, quia praeceptum dandi viaticum debet intelligi quando possit Christiani et ordinaria ratione, alioqui etiam posset sacerdos celebrare ad communicandum infirmum absque vestibus sacris, absque altari, et sine pane azymo, quod nullus concedit. Et licet hoc praeceptum ieiunii dispensatum sit quoad ipsum aegrotum communicaturum, non reperitur talis dispensatio pro sacerdote celebraturo ad communicandum infirmum. Unde contra quod si sacerdos communicandos vitam periclitaretur posset celebrare non ieiunus ad communicandum se ipsum.

Rogas V. An liceat non ieiuno communicare, aut celebrare ad vitandum scandalum, aut gravem infamiam? Affirmative remittit Suar. ad Vitandum scandalum, aut gravem infamiam. Affirmative remittit Suar. et Vasquez quos sequitur Lugo sua relatus et ego probabilius iudico, quia praeceptum humanum non solet cum tanto damno obligare. Et quidem si aliquis sit in numero iam communicantium, vel sacerdos in altari, ibique recordetur se aliquid comedisse, non debet a Communione abstinere ad vitandum scandalum, ut docent quoties quidem in quocumque casu timeatur scandalum, vel infamia

10 Quaest. 8a

Vtrum omnibus indifferenter expediat quotidie communicare?

Certum in hac difficultate antiquorum scholasticorum doctorum quidam neoterici nostro saeculo in dubium adduxerunt, quorum primus fuit Petrus Vincentius de Marsilla Benedictinus a Sancto Pontio[?], tellus[?] Theologiae professor, qui Memoriali quodam ad Archiepiscopum dato, et deinde integro libello, quem additiones ad Memoriale appellavit, conatus ostendere communionem cottidianam omnibus indifferenter expedire, ideoque concedendam. Opinionem plenam[?] falsitatis specie obvelatam aliqui deinceps amplexi sunt, sed ut in plurimis[?] anonymi. Et quia hispano idiomate [illegible] dati sunt libri, et ad plebem etiam pervenerunt, ipsi, ut a doctis, in variis et plerumque deteriores partes divisi sunt.

Suppono 1o hominem quemcumque existentem in gratia posse absque peccato mortali quotidie communicare: quia sicut praeceptum grave solum obligat ad communionem annuam, ita solum prohibet duas communiones in eodem die. Quapropter sicut qui semel in anno communicat per se loquendo non peccat lethaliter, ita qui quotidie communicat, nullum peccati gravis reus est. Haec ergo quaestio solum procedit intra terminos consilii et perfectionis, in ea quaeritur non quid sit licitum absolute, sed quid sit melius, perfectius, et eligibilius. Suppono 2o usum quotidianum Eucharistiae per se loquendo et ceteris paribus perfectiorem esse usu rariori, et infrequenti. Ideo Tridentinum sessione 22 cap. 6 hanc frequentiam commendat, et desiderat. Est igitur difficultas an sint aliqui iusti, quibus melius sit rarius, quam singulis diebus communicare, licet ex se communio quotidiana perfectior sit? Ita licet virginitas perfectior sit quam nuptiae,

nutrit sin se, aliquando per accens huic hoi magis expediunt nuptie q̄m Virgin.te

Non ig.r nobis est, n expedire oibus indiff.r quotidie coicare, neque hoc ẽ illis utilius. Ita expresse S. Thom. tric q. 80. ar.º corpore, et iterū in 4.º d. 12. q. 3. ar.º 1.º et 2.º Ita etiam Bonav. ibid, et lib. 2.º de profectu religionis cap. 75 ubi ait = Vix aliquis ita religiosus vir et sanctus, exceptis Sacerdotibus, q̄ sel in septimanā sufficiat ei ex consuetud.e coicare, nisi specialis cā quandoque, vel ratio plus suadeat. Ita etiam Altensis, Albertus, Richard. Paludan. Dionis. Cartusianus, Antoninus, D. Thria, Caietan. et utraque Soto. Accesserunt Silvester Tabiena. Ledesma aliique m.plures quos sequitur Suar. d. 17 Sect. 2. Ex Jesuitis oes hanc doctrinā defendunt, utpote in Instituti Regula 26 Sacerdotum, in quā p̄scribitur, ne sint faciles ad communionē quotidianā penitentibus reddendā.

Adeo constans Theologorum ass.o Sanctor. testimoniis et firmitur, ... In ... tom. 3. lib. de ecclesiast. dogmat. cap. 53. ita loquitur: quotidie Euchar. communionē percipere, nec laudo, nec reprehendo; oibus tn dominicis diebus coicandum suadeo, et hortor: si tn mens sine affectu peccandi ē. quod a tribz n solum excludatur affectus peccandi gravitur manifestus et, quia cū tali affectu, neque diebus dominicis poterat communio permitti. Ideo Chrysostom. hom. 17 S. Epist. ad Hebr. Si quis n ē sanctus n accedat:

n simpl.r dicit a peccatis mundo. S. Sanctus: sanctus n. n. mundatio pecc. tm. facit, s.d etiam pp.a spiritus et bonorum opulentia. Itaque licet SS. PP. frequentes Eucharistiae magnopere commendent, sed maxi reverentia et animi puritatem requirunt, quae n. oibus cuiuscumque status hoibus reperiri solet.

Potissima r̃o huius resolut. desumitur ex reverentia debita tanto Sacramto. quae per nimium usum imminui solet, quia ipso usu pretiosa vilescunt. Propter hanc cam prohibita est duplex comunio intra diem, licet gratia propterea augeretur. Hac etiam de cã pueris baptizatis etiam doli capacibus negatur Eucharistia, licet hac illis augeret gratiam ex opere operato. Imò egrotus de manu laici, etiam deficiente Sacerdote, n. pot. comicare; et minus indveniens ė sine viatico moriatur quam Eucharistia tangi manu laicã. quidni ergò propter reverentiam Sacramti debeat hō venialibus peccatis plenus in ijs quae complacens abstinere à quotidiana communione. 2o. quia olim prohibitum fuit accedere ad Eucharistiam post coitum, etiam iugalem, et licitum propter reverentiam Sacramti. quae prohibitio licet hodie n. extet in iuris praecepto, extat tn in lõe consilij, ut ex S. P.P. docent oes Theologi, quos refert Thom. Sanchez lib 9. de Matr. disp. 13. ergò absque dubio melius ė abstinere à comunione cum qui n. habet peccatum mortale.

Hic à reverentia Sacramti contrahitur utilis fidelium efficacia huius cibi spiritualis expositio erucie, sive famem spiritualem quae n. nisi in corde puro, et à mundanis curis libero reperi-

reperiri quot. Ideo Bonav. in 4. d. 12. ita loquitur: maiori estate recipit hoc in vna Ebdom.a aut mensem cum bona pparat.e quam in multis si non se ppararet diligenter. Cum ergo difficilimum sit se quotidie pparare diligenter, famemque habere spiritualem, utilius erit rarius, quam quotidie co[mm]icare. Ideo in hac ma generalis regula assignari non pot; nisi q. vnusquisque Confessarij sui seu p. spiritualis consilium omnino sequatur qui aliter fecerit, magno periculo exponetur, qui vero al. docuerit, periculosam doctrinam et in Eccl.a inauditam tradet.

Pro parte opposita fundam.ta sunt. 1.m authoritas SS. qui vbique frequentiam huius Sacram.ti magnopere commendant. 2.m Eucharistiam appellari panem quotidianum quia quotidie accipi debet. 3.m usus Eccl.æ primitivæ in qua fideles oes co[mm]icabant quotidie. 4.m quia in grestu Sacram.ti qui datur ex opere operato oibus patet. 5.m quia laudabile est, sacerdotem quotidie celebrare, cum maior puritas requiratur ad celebrandum quam ipsi ad co[mm]icandum. Hæc oia facili solvuntur. Ad 1.m dic, SS. PP. vbique commendare frequentiam co[mm]unionis; ad illam tamen requirunt eximiam animæ purit.m et pparat.m ut sciatur, reverentia debitam Sacram.to; hæc est eximia puritas et candor animi non reperitur in oibus iustis cuiuscumque status. Ad 2.m dic Eucharistiam esse panem quotidianum supposita dispo.e debita, quam etiam petimus dum petimus illum panem nobis fieri quotidianum. Ad 3.m dic Eucharistiam permittendam esse quotidie, et consulendam cuicumque habenti

fervorem illius saeculi qualem hodie in oes haberent, et utina
haberent. Et certe non est credibile diugatos in illo etiam saeculo
post copulam accessisse ad Eucharistiam, cum constet illo saeculo id
prohibitum fuisse. Ad 9m respondeo maiorem fructum percipi ex una
communione cum bona praeparatione quam ex multis sine ea praeparatione de-
ficiat, ut ait Bonavent.a Ad 5m respondeo, optimum esse consilium ali-
quando abstinere, etiam sacerdotes ut postea deverentius ac-
cedat, ut consulit Bonav. lib. 2. de profectu Relig. cap. 77. Prae-
terea sacerdos cum pari dispositione det frequentius celebra-
re propter maiorem obligationem id faciendi, et quia celebratio
Ecclesiae, cuius puritas reddit eum magis Deo acceptum.

Sed haec iam sufficiant de Venerab. Euchar. Sacram.
Cuius maiestatem supremae caelitum mentes venerantur, nec satis
possunt exponere. Cedant ergo dicta in commendationem et gloriam
omnipotentis Dei sub mirabili hoc sacramento delitescentis,
cedant etiam in Deiparentis Mariae sine labe originali
conceptae laudem, nec non SS. Apostolorum Petri, et Pauli honorem,
in quorum pervigilio huic tractatui finem imponimus.
Cord. an. 1615

P. Ignatius de Vargas